



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. Adami Contzen E Societate Iesv, SS. Theol. Doct.
Commentaria In Qvatvor Sancta Iesv Christi Evangelia**

Contzen, Adam

Coloniæ Agrippinæ, M.DC.XXVI

Quæst. 1. Quæ seductiones & quando futuræ?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-82999](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-82999)

Spiritu habere curam, &c. Item in Epistola ad Gauden-
tium: Auro parietes, auro laquearia, auro fulgent capita co-
lumnarum: & nudus atq; elivens ante fores nostras Christus
in passione moritur? Vnde octavo Zacharia capite ita scribit:
Hæc persecutio temporis in Ecclesia Christi expleta confixi-
tione: quando in tantam rabiem persecutorum feritas excita-
ta est, ut etiam conciliabula nostra destruerent, divinos libros
ignibus traderent: omnes insule, metalla, carceres, Confesso-
rum & Martyrum catenarum gregibus implerentur. Quis eo
tempore traderet rursum Ecclesias construendas, ab his ipsis qui
eum destruxerant? Non quod idem homines fuerint: sed quod
eodem regali potestas, que prius sedebat in insidiis, cum diviti-
bus, & quasi ex senatus consilio Christi nomen conabatur ex-
tinguere, nunc expensis Reipublicæ, Ecclesiarum basilicas ex-
truat, & exaltet summa fastigia: ut non solum laquearia,
& insula auro fulgentia decoret, sed parietes diversi marmoris
reflat crustis: & divinos libros, quos prius tradebat incendio,
nunc diuicatos & purpuratos, & gemmarum varietate distin-
ctos in conspectum Romani veneretur statui.

§. 6. Ex sancto Hieronymo errorem Iudaicam
fuisse intelligi, ut templo Salomoni Deum contine-
ri crederent. Hunc igitur Deum errorem euerfione
templi sublatum voluit, sed Hieronymum audire præ-
terea c. 66. Iudæi.

Hæc dicit Dominus, Cælum sedes mea, &c. Ne montem
sancitum intelligamus Sion, & Iudaico caperemur errore:
qui putant extruendam Hierusalem, & omnia que Dominus
pollucit ibi expleta carnaliter: aufert nobis hanc suspensionem,
& ponit testimonium quo vultus est Stephanus primus Martyr in
Christo aduersum Iudaicam contentionem. Salomon adificauit
ei domum (hanc dubium quin Deo) sed non in manufactis ex-
tibus habitauit, sicut Propheta ait: Cælum mihi thronus est,
et terra autem scabellum pedum meorum. Et Paulus in eo-
dem volumine: Deus qui fecit mundum, & quæ in eo
sunt, nequaquam in templis manufactis habitat. Si e-
nim insula sedens in solio atq; regnantis, cælum thronus eius
est, & terra scabellum pedum illius: Quomodo paruo clauderetur
locus, qui complet omnia, & in quo sunt omnia? Vnde &
Moyses: Nedicas, inquit, in corde tuo; longe est: Deus
enim in celo sursum, & super terram deorsum & non
est alius præter eum Deus. Et Psalmista: Quo ibo à Spi-
ritu tuo, & à facie tua quo fugiam? Si ascendero in coe-
lum, tu illic es: si ad inferna descendero, ades; Cui
& Hieronimus ex persona Dei congruit dicens: Deus appropin-
quans ego & non de longè Deus. Nunquid latere
quis poterit in absconditis & ego non videbo eum?
Nonne cælum & terram ego impleo? in ipso enim om-
nines sumus, & monemur. Hoc autem dicit ut Iudaicum
temenat errorem: qui putant inuisibilem & incorporealem,
& incomprehensibilem Deum; templo Hierusalem posse con-
cludi. Quod quidem & ipse Salomon exstructor templi, in o-
ratione sua ad Dominum prolixius confitetur. Ac ne arbitre-
mur celo quoq; & terra Dei magnitudinem metiendam: in a-
bulaco de eo legimus: Qui tenet cælum palmo, & terram
pugillo. Per quæ ostenditur Deus, & forissecus & intrinse-
cus, & insulas & circumfusus, dum & solio ambiente non con-
cluditur, & pugillo claudit ac palmo.

VERSUS 4. & 5.

Et respondens Iesus, dixit eis. Videte
ne quis vos seducat. Multi enim
venient in nomine meo, dicentes:
Ego sum Christus: & multos sedu-
cent.

QUESTIO I.

Quæ seductiones, & quando future?

Marcus Petrum, Ioannem, & Andream ac-
cessisse dicit. Secreto accedunt nos? id est
Adami Conzen in Evang. Tom. I.

priuatim. Syrus בניהן בניהן banehun velech, inter se, &
ipsum. Nam illa de excidio templi Prophetia non ca-
rebat ingenti periculo; nam quasi legis aduersarium,
& proditorum habebant, si quis contra templum lo-
queretur? In accusatione Stephani A. 6. 14. ponitur,
quod contra templum locutus sit. Naturali studio futura
sciendi feruntur, & cognoscere audent; an breui, an lon-
go post tempore hæc consummata sint, ita enim qua-
runt Marci 13. 4. At Christus primum eos salutis pro-
ptiæ, & vniquemq; nostrum admonet, ne solliciti
sint de elade Iudæorum duntaxat, non enim eos secu-
ros fore, sed mediis in fluctibus, persecutionum, sedu-
ctionumq; Christiano cuiuslibet, cum Dei sit templum,
sanctitas sua turanda est, ne à Pseudopropheta profa-
netur. Hæc cura præcipua esse debet: neq; enim tanti
est corrumpere lapides, & alio cumulo iacere, sed ne in-
terna templa Spiritus animæ fideles scelerum turpitu-
dine polluantur. Ideo monet ferio: βλέπετε prospici-
te, attendite, ne quis vos seducat, de vobis, non de la-
pidibus mihi cura est.

§. 2. Tres proponunt quæstiones, quas parum di-
stinguunt. Cum enim Christi regnum temporale esse
existimarent, templi desolationem, eiusq; aduentum
coniungunt, & consummationem sæculi, non enim
intelligebant, quomodo hæc separari possent. Interim
hodieq; manet difficilis controuersia. An illa quæ se-
quuntur, de Iudaicis temporibus & templi desolatio-
ne accipienda sint, an vero de Antichristi regno, &
consummatione sæculi? Testatur ad Titi & Vespasian-
i temporis illa applicat, multisq; argumentis vitur, &
multi ante eum, & postea idem docuerunt.

Quamvis tandem in ipsa rerum tractatione ad
Tempora Antichristiana, & finem mundi venire co-
gantur. Adeo enim clare multa de extrema die dican-
tur, ut solidum sit alioreferre.

Origenes ad tempora Antichristi refert, plurimiq;
alii, quos in ipsa textus expositione producam.

Interim templi sanctissimi, & magnificentissimi
excidium, nobis documento est: nihil rerum externa-
rum esse, quo Deus placetur, si absit vnicus illius cul-
tus, qui ab animo proficiscitur. Nec mirum; ne ho-
mines quidem beneficia aliter quam animo dant, æ-
stimare solent: cætera nominant, hostium dona, non
dona, sed damna.

§. 3. Rem accurate pendenti dubium esse non
potest, quin de Iudæorum excidio agat: Templum e-
nim interitum prædicit, & multa quæ eo tempore
contigerunt. Rursus cum totus contextus considera-
tur, usq; ad 29. versum, ubi dicit, post eorum dierum
tribulationem statim solem obscurandum, clarissimè
apparet, de fine mundi sermonem esse. Illa enim quæ
sequuntur ad & tempus pertinent. Hoc igitur consti-
tuto dicendum est. Christum à suis interrogatum toti
Ecclesiæ vilem ac prius necessariam doctrinam tra-
dere. Nempe urbem interitum, pios in magnis re-
bus difficultatibus versaturos, nec finem fore tribula-
tionum usque ad mundi extremum diem. Atque
hanc esse veram expositionem singulis exponen-
dis apparebit. Ita sanè Tertullianus de resurre-
ctione carnis. Interrogatus à discipulis, quando euen-
tura essent, quæ interim de templi exitu eruperat, ordinem tem-
porum, primo Iudaicorum, usque ad excidium Ierusalem; de-
hinc usq; ad conclusionem sæculi digerit. Et in Apologetico
c. 20. Prænunciationes illas ad sua tempora extendit.
Plus iam offerimus pro ista dilatione, maiestatem Scriptura-
rum si non vetustatem, diuinas probamus, si dubitatur antiqui-
tas; nec hoc tardius, nec aliunde discendum; coram sunt quæ do-
cebunt, mundus, & sæculum & exitus. Quicquid agitur, præ-
nunciabatur, quidquid videtur, audiebatur. Quod terra vo-
rant vrbes, quod insulas maria fraudant, quod externa atq; in-
terna bella dilaniant, quod regna regna compulsi sunt, quod sa-

Quisq; Dei
Templum
esse debet;

Quæstiones
Christo
propositæ.

Christus o-
mnia tem-

pora com-
plexus est.

est, & ratio est necessaria: nam ubi diligentissime ritum Zwingliano verbum DEI prædicatur, ibi famina confidentia, & impunitas nascitur: ibi namque cuique quam creberissime, contentissimeque inculcatur: In adulterio, homicidio aliisque peccatis non esse periculum exilii; imo Zwinglianos in his omnibus manere iustos, ac beatos, quod ne Turcæ quidem docent. Hæc etiam nota Luthetianos propter ascriptum in primis Lutherum diiudicabimus. Tom. I. Epist. 238. anno D. 1521. ita scribit. [Esto peccator, & peccata fortiter; sed fortius fide, & gaude in Christo, qui victor est peccati, mortis, & mundi: peccandum est, quamdiu hic sumus. Vita hæc non est habitatio iustitiae, sed expectamus, ait Petrus, celos novos, & terram novam, in quibus iustitia inhabitabit, sufficit, quod agnouimus per diuitias gloriæ Dei æternæ, qui tollit peccatum mundi: ab hoc non auerget nos peccatum: etiam si milles, milles, vno die conicemur, aut occidamus. Putas tam paruum esse precium & redemptionem pro peccatis nostris, à tanto, & tali agno? ora fortiter, es enim fortissimus peccator.] Hæc sunt quæ prophetam demonis, & inferorum paranympum elato vexillo ostendunt. Spiritus inquit prophetam cognoscimus, & diiudicamus. Quid igitur? Iamne Scripturæ oblitus es? Venit Luthetus, Zwinglius, Stancarus, Menno, sola scriptura pugnandum contendunt, & tandem cum ad rem ventum, suo spiritui, ac conscientiae insistant. Quomodo vero certus es spiritum tuum non fallere? sed de privato horum spirituum aliàs egi; non est illi aliud, quam oblitissima cuiusque contumacia.

VERSUS 6. & 7.

Auduri enim estis praelia, & opimones praeliorum. Videte ne turbemini. Oportet enim hæc fieri, sed nondum finis. Consurget enim gens in gentem & regnum in regnum & erunt pestilentia & fames & terra motus per loca.

QUESTIO I.

Quæ bella, fames pestis & terramotus?

PRAETER falsos prophetas, alia etiam mala, quæ concussura, & laceratura sunt mundum reuertere; quæ communia erunt fidelibus, & infidelibus. Scelera enim supra modum augetur, & committuntur scelera poenæ incremento pari sequentur. Imminente mundi fato, morbi illud & convulsiones antecedunt. Auduri dicet praelia, & *ἀνὰς* opinioniones, rumores bellorum. Videtur noster legislator. Non oportet Christianum turbari *θρονοῦ* cohortescere, & tremere, quædam exemplaria habent: *μη θρονοῦ & αὐτοῦ* ne timeat illa. Verum retinenda est plurimum codicum auctoritas, cui consentiunt Latina & Syra. Qui de sola templi & Iudææ devastatione verba Christi interpretantur, de Iudæorum pugnis, cum Samaritanis, Syris, Romanis, Cæsariensibus, Aſcalonicis, Ptolomæensibus, Damascenis, item de Plat. Cestii, aliorumque cædibus interpretantur. Epò de illis, quæ deinceps bella contigere, usque ad mundi supremum diem interpretor; Principio quidem, mundi statum & clades generaliter demonstrat, quæ circa Titiana tempora, & à Christi morte conti-

gerunt. Fuerunt enim Tiberiana tempora inquieta, & bella cladibusque infamia, deinde secutus Caius, Clandius, Nero, Otho, Galba, Vitellius, donec rerum Vespasianus est potitus; afflicta est hæc maxime Roma, & Romana nobilitas. Deinde regnū in regnum, gentem in gentem consurgere affirmat, id de Iudæis, & vicinis populis satis improprie dicitur. Neque enim tum circa Iudææ erant, quæ eam oppugnarent regna, sed vrbes, & provinciae Romanæ. Hæc vero magnam gentium collisionem significat. Pestilentia quidem in Iudæa illis temporibus peculiaris non fuit, qualis post. ris sæculis humanum genus pene tertia parte deleuit. Fames Claudii tempore magna fuit: & anno 4. Claudii inter Theram, & Therasiam insulam terra mouit, Orosius lib. 7. Romæ anno 4. Neronis teste Eusebio. In Asia anno 10. videm scribit Orosius lib. 7. multa damna terræmotus dedit. Laodicea, Hierapolis, Colossæ conciderunt. In Iudæa tempore passionis terræmotus fuit. Ex quo constat, non agi de calamitatibus, quæ solam Iudæam afflixerint, aut deuastarint, sed quæ communes fuerunt orbi habitato & noto. Terræmotus enim in Iudæa nullus momenti alienius fuit; nam illa concussio, quæ domino moriente petra fissæ, monumenta aperta sunt, non cladis aliquis causa facta est, sed ad testimonium resurrectionis: Ad tempora igitur vltima saltem hæc pars referenda est, & consequenter fames, & pestilentia. Quod vero Beza illa verba *κατὰ τόπους* per loca, conuertit, *singulis locis*, sensum corrumpit. Non enim singulis locis fuit terræmotus, aut erit, sed quibusdam, est enim *κατὰ τόπους* perinde, ac si dicat: *κατὰ τῶν τόπων*, per aliqua loca. Hoc etiam moneo. In nostro esse; pestilentia & fames, in græco, *λίμωι καὶ λοιμῶι*, fames & pestilentia. Sic etiam Syrus habet. solet porro famem pestis sequi, ut prouerbio Græci dicere solent;

λίμωι, καὶ λοιμῶι ἐπ' ἀνὴν.

Fames & pestis super eam. Fame enim corpora infirmantur, ut venenato aeri resistere non possint, noxios humeros stomachus attrahit, & cibi non humani febrium pestilentialium cohortem inducunt. Hæc ergo futura sunt; sed *nondum est finis*, hoc est, *nondum erit finis*: ut quædam Græca exemplaria pro *ἐστὶ*, habent *ἔσται*, erit.

Imo vt v. 8. initia hæc sunt dolorum, *ἀδύναμις*, hoc est, dolorum quales sunt patientium: omnis enim creatura parturit vsque adhuc, donec pios pariat, & edat in lucem æternam, impios velut abortum eiciat in tenebras exteriores: illa igitur omnia sunt præagia & prænuncia miserandæ obsidionis Ierosolymitanæ, & dolorum eius, & hæc ipsa sequentiumque sæculorum, maxime Antichristianæ crudelitatis persecutio, typus est iudicii ac suppliciorum æternorum. Non igitur illa mala, quæ mundus horret, & sola æstimat integra sunt; maiora enim miseris incumbant, quod ista sunt præludia. Sic apprehensio, catæce, tormalorum, mala mansio, flagellatio, crucis signa sunt, non tantum ex se mala, sed maioris mali præparamenta. Quæ enim hoc in mundo impii patiuntur, quibus magis obdurescent, quædam sunt cruciatuum & æternorum experimenta. De his enim verissime dicitur *πῦρ θῆναι πῦρ*, ignem super ignem sustinent, ex flamma mundanatum aduersitatum in stagnum ardens sulphure præcipitantur. Sunt illa mala improbis grauissima, quod solatio spiritali careant, sed illa futuri sæculi adeo grauiora futura sunt, ut ex fumo sem ignem venire sentiant. Clamant nunc multi:

*Οἷός με χρεμῶν, καὶ κακῶν τελευτῶν
ἐπεὶ ἀφύκται;*

Quanta mihi tempestas & malorum triplex fluctus ingruit: at ludicra hæc videntur, in malorum abyſso, quæ nulla æternitate transiri potest.

Qo 4 VER-

Mala Iudæorum & mundi describuntur.

Pestis.

Terramotus.

Matthæi 24